

Peter Mascov

**Programma, Quo Magnificum Dn. Academiae Rectorem, ... Petrus Mascovius ...
Ad Inauguralem Disputationem De Lite Derelicta seu Deserta ab Actore, pro
impetranda Licentia consequendi summos in utroque iure honores a ... Dn.
Christophoro Bockheusero, ... IX. Maii die in Auditorio Maiori habendam ... invitat
: [P. P. Gryphiswaldiae, V. Maii, Anno Aerae Christianae, M.DC.XCV. Sub Sigillo
Facultatis Iuridicae]**

Gryphiswaldiae: Starckius, [1695]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746828829>


Druck Freier  Zugang



Masow, P.,
in Chr. Bockheuser.

Grypsw. 1695.





C. Bockheuser

PROGRAMMA,

Quo

MAGNIFICUM DN. ACADEMIÆ RECTOREM,
Generosum, Nobilissimum, Amplissimumque, Regii Dicasterii,
Universitatis & Urbis Senatum, Reverendos Sacri Mini-
sterii Patres,

Nobilissimos Florentissimosque Dn. Studiosos, Cives, Hospites,
omnesque Eruditioni & Jurisprudentia faventes,

PETRUS MASCOVIUS,

U. J. Doctor, Pandectarum Professor Ordinarius, Consistorii
Ecclesiastici Assessor, & Collegii Juridici
h. t. DECANUS,

Ad

Inauguralem Disputationem

DE

LITE DERELICTA
seu DESERTA ab ACTORE,

pro impetrandâ Licentiâ consequendi summos
in utroque jure honores

à

Nobilissimo & Consultissimo

24. a.

DN. CHRISTOPHORO BOCKHEUSERO,

Summi Regii Tribunalis, quod Wismariæ est, Advocato
& Procuratore Ordinario,


IX. Maji die in Auditorio Majori habendam

Ea, quæ par est, humanitate vocat & invitat.

GRYPHISWALDIÆ,

Literis DANIELIS BENJAMINIS STARCKII,
Reg. Acad. Typographi,

37



Armata qui se credunt militia, non tam nomen conser-
verunt profiteri, quam spei metus contemptus ve rati-
one diligentius ventilatâ ad eundis laboribus & per hos
quærendis honoribus se applicare. His enim qui non
aguntur calcaribus vel muliebri ad omnem cuticula voluptatum
& libidinum molliem natum pectus fovent, & virtuti honorique
mancipandam curam ventri, & nescio, cui genio addicunt; vel
animum ad servilia quæque, & sordidam in actionibus mole-
stiam ignaviamque, & suo ingenio & aliorum faventium iudicio
dissidentem obtinent; non sine magno honoris & utilitatis
utrinque dispendio. Nam ut illorum affectata mollietis &
rerum presentium captata voluptas futuram virtutis laudem
excludit; sic horum servilis sordities, quantumvis amplam &
tritam capiendi premii virtus semitam adaperiat, nec manum
admoveat, nec animum erigit, atque hinc infima honoris subsellia
vix ac ne vix quidem capit. Sed dispendium honoris hi qui-
dem faciunt, sentient certe alii ejus emolumentum, qui spe non
vana lactati laboris suscipiendi finem prævident; quin & obti-
nent: qui indecero metu abjecto periculorum & novorum
malorum agmina devorant, & ad contemptum evitandum
deterriti in hostes ruere, conflictus varios experiri & ab hostibus
gloriosam reportare victoriam exoptant. Macedo ille Magnus exer-
citus sui desidiam & proterviam edoctus, non tam fidei dextraque
data religionem urget, quam spem acquirenda victoria excitat,
quin & metum in debellandis & depellendis hostibus eximit, tan-
demque contemptum ad socordes vel exordes redundaturum vivis

Licet DANIELS BENJAMINUS STARCHKE
Reg. Acad. Typogr. col-

coloribus depingit. Concio enim militaris fracta iuvenis & laboris
molestia, cum renueret operam exhibere debitam, in oppugnandis
ultra Indiae Hypasin habitantibus populis, his ipsis fertur commota
argumentis: Gloriosum Macedonico fore imperio, si totus illi Orbis
& pateat & pareat: In media subsistere via metus fore indicium,
& pro trophaeis contemptum, deinceps & probra ab hoste esse expe-
ctanda, si ex ipso victoriarum cursu retrabant pedem. Similem
in modum qui togata militia & Palladeis castris nomina dedere
sua, non tantum excellentiam & dignitatem ex dato nomine non
metiri (lurconum enim & ignavorum hac nota est perpetua, nomen
sine omine, titulum sine re, umbram sine corpore ferre & cir-
cumferre) norunt, sed & devoratis laboribus & molestiis innu-
meris virtutis premia, honores puta anhelare & acceptare.
Hinc animus ingenuus spem concipit indubitatum, eum virtutis
spectata & indefessi laboris Viri barbariem & ignorantiam, illam
arcem satis munitam ante hac & superarint & destruxerint,
eamdem etiam nunc ardore & labore assiduo felicitibus auspiciis
impugnatam, & prosperioribus successibus iri oppugnatam & sup-
pressum. In cepto ergo non desistit, ne ex fractis viribus ignomi-
nia notam conciliet & in inscitia abyssos relinqvatur: Quin potius
alacriter pergit, ut, quem sibi ob desidiam paratum viderat con-
temptum, in optatum laboris & virtutis convertat premium.
Sed hic nuda non sufficit scientia, approbanda illa Viris spectatis:
Ideoque quod de Olympiis, Pythiis, Isthmiis, Nemeis aliisque
Gymnasticis exercitiis prisca firmavit memoria: Palladea pul-
pita sano consilio, laudabili commodo, successu prosperrimo appro-
barunt & obtinuerunt. Nam ut illuc nullius Praeonis voce,
nulli etiam exercitatisimo premia concedebantur, nisi qui artis
& virtutis suae publica eaque eximia edidisset specimina & docu-
menta. Sic & hic nulli omnes artes vel ad amussim docto
laboris & virtutis premia publico decernuntur praconio, nisi qui
sapien-

fapientie Antistitum examini privato ad probandam vite integritatem & eruditionis soliditatem subjecerit, atqve hoc ipso dignum se ostenderit, qui in publicam prodeat palestram & virtutis reportet lauream. Prioris togata militia partem cum feliciter absolvisset Vir Nobilissimus & Consultissimus DN. CHRISTOPHORUS BOCKHEUSER, U. J. Candidatus dignissimus, Summi Regii Tribunalis, quod Wismaria est, Advocatus & Procurator Ordinarius, id unice jam intendit ut Themidos à se culta favorem experiatur atqve summo in utroq; jure honore ac privilegiis decoretur, scripsit in eum finem de insigni materia practica, de Lite deserta seu derelicta ab Actore Disputationem Inauguralem, publica solemnique velitationi submittendam. Ut autem secundum receptum & hic & alibi in Academiis morem, illa, quæ ad hujus Candidati commendationem & ad majorem Inauguralis ejus Disputationis solennitatem facere videbuntur, Programmata hoc publico pramittantur, de vite curriculo & studiis honestis quedam, prout paginarum ratio patietur, enarrabimus. Natus is est Wismaria, Anno 1659. 12. April. die, ex Parentibus honestis, piis & laudatissimis, sed jam beatis: Pater quondam ipse fuit Vir Nobilissimus, Amplissimus & Prudentissimus DN. CHRISTOPHORUS BOCKHEUSER, Consul Wismariensis optime meritus, Mater, pietate & virtute clarissima quondam Matrona, ELISABETHA Schlaffs / Amplissimi & Consultissimi DN. CHRISTOPHORI Schlaffs / primo Senatoris & Secretarii Osnabruggensis, postea Advocati Dicasterii in Holsatia & Secretarii Venerandi Capituli, quod Hamburgi est, Filia. Hi nominati Parentes illum statim à primis annis pietati & bonis moribus innutriverunt; haud ignari, Domini timorem solidissimum totius vite & imprimis educationis esse fundamentum. Quare B. Parentes, perspectis ingenii & nature viribus ac indole
Nostrum

Nostrum Schole patriæ Præceptoribus in literis informandum commiserunt, in quâ adultior factus ex doctrina Virorum Clarissimorum, jam quovq; beatorum, DN. URBANI LEHMANNI, Rectoris, & DN. MICHAELIS FREUDII, Con-Rectoris, multam scientiæ se hausisse fatetur: Postea dum jam quovq; beatissimus DN. JUSTUS CHRISTOPHORUS SCHOMERUS, SS. Theolog. Doct. & Profess. in Academia Rostochiensî primarius, Superintendens Mecklenburgicus & Consistorialis, Vir quondam de Ecclesia Christi optimè meritus, magnæ eruditionis & ferè haud minus Jurisprudentiæ quàm SS. Theologia aliarumq; scientiarum peritissimus antequàm à DEO in Academiam Rostochiensem ad munus publicum vocaretur, Lubeca apud Parentes commorabatur, & hunc suum Consobrinum singulari favore ac amore habebat, Lubecam se contulit, & eo Doctore, quo de sibi adhuc gratulatur, notitiâ Philosophiæ non mediocrem, sed & primæ Jurisprudentiæ fundamenta summâ diligentia sibi comparavit. Quo factò in Anno 1680. ad Academiam Noricorum Altorfinam se contulit, & ceptum studiorum suorum cursum non minori ardore ibidem continuavit, seq; solertissimum Auditorem exhibuit in Collegiis privatis Excellentissimorum & Celeberrimorum Jctorum, cum primis DN. D. GAIGERI Institutionum, & DN. D. LINCKII Pandectarum, ibi Antecessorum Ordinariorum, quorum ille Institutiones Imperatoris Justiniani prelegit, & insuper in collegio alio lectorio-examinatorio-disputatorio hunc nostrum benè exercuit: Hic verò viam ad universum jus illi aperuit: dum per biennium & ultra non tantum super Compendium ff. Lauterbachii, sed & super Jus Feudale & Decretales Collegia privata sub hoc famigeratissimo Professore habuit, eaq; diligenter frequentavit. Cumq; juxta magni quondam juris publici Doctoris Arumæi effatum: juris Studiosorum nomine indignos esse, quos juris publici cognitio fugiat: Informationi celeberrimi

hoy

berissimi juris publici Professoris DN. D. JOHANNIS CHRISTOPHORI
WAGENSEILII hic Noster se commisit, & jus publicum Sacri Romani
Imperii secundum Boëcleri Notitiam ab hoc ipso, in Collegio pri-
vato dextrè explicante, audivit, ex quo haud exiguum se per-
cepisse fructum ingenue proficitur, quem & ubertim hausit ex
Collegio illo curioso, quod ad Novellas hebdomadales idem DN.
WAGENSEILIUS habuit: Nec minus ex praelectionibus publicis
Celebratissimi JCti Norici DN. D. HAMMERI aliorumque
Dnn. Professorum: Inde postquam sibi aliquam juris scien-
tiam comparaverat, sine specimine eruditionis ab Alma Aca-
demia Altorfina decedere noluit; quare ante decessum suum
Disertationem (quam & nobis exhibuit) elegantem pariter &
eruditam, de Manu propria elaboravit, & sub Praesidio sui
Præceptoris, Pralaudati DN. D. LITKII, cum omnium Auditorum
applausu publicè defendit. Valedicens Musis Altorfinis &
per Urbes ad Rhenum sitas & alias celeberrimas iter in confœde-
ratas Batavorum fecit provincias, quod quidem Nostro non sine
fructu fuit. Expertus interim in illo aliquid adversa valetu-
dinis, è re sua judicavit ad patrios lares se conferre, ut sani-
tati melius consulere posset. Redditus sanitati diuturniorem
apud Parentes moram deprecatus augmentum eruditionis è com-
plexu Virorum Celebratissimorum, quam privata sua industria
querere maluit. Elegit itaque annuentibus Parentibus illustrem
Academiam Chiloniensem, in qua benigne receptus Excellen-
tissimorum Professorum favorem & consuetudinem sibi quam
maximè conciliare studuit. Imprimis quotidie ferè adfuit cele-
berrimo Polyhistori DN. D. MOORHOFIO, cujus convictorio &
hospitio usus est; Et sicuti ardorem suum in literis, omnibus &
singulis in illa Academia jura profitentibus Doctoribus conte-
stus est, ita cum primis sedulus Auditor fuit tum DN. D. BERN-
HARDI SCHULTZII, Pro-Cancellarii Universitatis, in Collegio,
quod

quod ad B. Brunnemanni processum tunc temporis habuit, tum etiam DN. D. NICOLAI MARTINI, qui secundum nitidissimas B. Snobellii Exercitationes ad Digesta, jura privatim docebat, & Auditores suos disputando exercebat, ibidemq; non minus quam in Altorsina sepius exercitiis disputatoriis interfuit, & Opponentis & Respondentis munus non sine fructu sustinuit. Firmatâ sic satis juris scientiâ relictis Academicis, studio practico manum admovere constituit: Et cum à B. suo Dn. Parente, qui jam tum attritas senectute vires sentiebat, septuagesimum enim agebat annum, in patriam Anno 1684. revocatus, ejusdem Parentis sui obitu paulo post sequuto non parum afflictus fuit. Substitit ex eo illic & quo in usum converteret, quæ in Academicis didicerat, in Archi-Dicasterio Mecklenburgensi, quod Parchimi est, Advocaturam honeste ambiit, & sine difficultate quoque pro Advocato receptus est & immatriculatus: Spes etiam tum temporis ei jam facta erat, fore ut ei facultas daretur, augendi in S. Reg. Tribunali Wismariensi numerum Ordinariorum Procuratorum & Advocatorum: Verum quoniam gravi & diuturno morbo implicabatur, res illa in suspenso relicta est. Interim cum elapso fere abhinc anno è re sua illi videretur vita socialis, in consortium thori elegit Virginem omni virtute clarissimam ANNAM CATHARINAM, B. DN. JOHANNIS DANIELIS Brünings/ Senatoris quondam Wismariensis bene meriti filiam dilectissimam, eamq; paulo post matrimonio sibi junxit. Novissimè vacante inter Procuratores & Advocatos Supremi Tribunalis loco quodam, Illustrissimus & Excellentissimus Preses summi hujus Areopagi promissa quondam gratia sua memor, consentientibus omnibus supremi hujus judicii membris id muneris huic nostro contulit. Cui stationi publicum eruditionis testimonium convenire ratus, ante mensis & quod excurrit spatium, Collegio nostro nomen suum professus est, sibiq; conferri supremos in utroq; jure honores honoris-


stissimo


sisimo ambitu, & ea quæ par erat, modestiâ petiit. Admissus tum ad privata examina, tum ad publicas ad l. fin. C. de Edict. Div. Hadr. tollend. Lectiones, DN. CANDIDATUS utrobique eruditionis & doctrina præclara edidit specimina. Superest tertius & ultimus Agon, Disputatio Inauguralis, quam, ut dictum est, de Lite derelicta seu deserta conscripsit, in publica panegyri habenda. Quæ ut conspectior reddatur, Magnif. DN. RECTOREM, Generosum, Nobilissimum, Amplissimumque, Dicasterii, Academiae & Urbis Senatuum, Sacri Ministerii Patres Reverendos, cœteramque insignium Virorum & Academicæ Juventutis coronam elegantissimam, omnesque Jurisprudentiæ ejusque honoribus faventes, eo quo par est modo, reverenter, officiose & humaniter rogo & invito, ut præstituto die ab hora 8. matutina in Concilio Academico presentes esse, inde Facultatem Juridicam cum DN. CANDIDATO in Auditorium majus comitari atque hæc sacra suo consensu splendiora reddere non dedignentur. Ex quo ut Facultati gratissimum officium, CANDIDATO non minima honoris accessio eveniet, ita omnes & singuli utrinque gratitudinem paratissimam expectabunt.


P. P.

GRYPHISWALDIÆ,
V. Maji, Anno Æræ Christianæ, M. DC. XCV.
Sub Sigillo Facultatis Juridicæ.











quod ad B. Brunnemanni processum tunc tempore
etiam DN. D. NICOLAI MARTINI, qui secundum
B. Snobelii Exercitationes ad Digesta, jura privata
Auditores suos disputando exercebat, ibidemque
in Altorsina sepius exercitiis disputatoriis inter-
nentis & Respondentis munus non sine fructu
matà sic satis juris scientià relictis Academiis
manum admoveere constituit: Et cum à B. suo
qui jam tum attritas senectute vires sentiebat,
enim agebat annum, in patriam Anno 1684. re-
Parentis sui obitu paulo post sequuto non parum
Substitit ex eo illic & quo in usum converteret,
miis didicerat, in Archi-Dicasterio Mecklenburg
cbimi est, Advocaturam honeste ambiit, & sine
pro Advocato receptus est & immatriculatus: Sed
temporis ei jam facta erat, fore ut ei facultas da-
in S. Reg. Tribunali Wisnariensi numerum Ord-
curatorum & Advocatorum: Verum quoniam gra-
morbo implicabatur, res illa in suspenso relicta est.
elapso fere abhinc anno è re sua illi videretur vitia
fortium thori elegit Virginem omni virtute clarissimam
CATHARINAM, B. DN. JOHANNIS DANIELI
Senatoris quondam Wisnariensis bene meriti filiam
eamque paulo post matrimonio sibi junxit. Novissimum
Procuratores & Advocatos Supremi Tribunalis loco-
strisimus & Excellentissimus Praeses summi hujus
misse quondam gratia sua memor, consentien-
supremi hujus judicii membrum id munus huic nostrae
stationi publicum eruditionis testimonium conveni-
mentis & quod excurrit spatium, Collegio nostro non
fessus est, sibi que conferri supremos in utroque jure

